Commotos & treme factos illos dicit. qui audito tanto miraculo uer
bi dei. fideliter ad conuersionis studium xpi munere peruenerunt;

Excita potentiam tuam In septuagesimo nono psalmo d
& ueni. ut saluos facies nos. Hoc deprecatur ut excitet poten
tiam suam & ueniat. ad peccata humani generis abluenda; Ds con
uerte nos & ostende faciem tuam et salui erimus. Ostende faciem
tuam. id manifesta scam incarnationem & resurrectionem tuam et sal
ui erimus. per quam subaudis presentiam xpi salui facti sumus. & laqueos
mortis euasimus. & celorum regna habere confidimus; Cibabis nos
pane lacrimarum. Panis enim lacrimarum uita est plena doloribus. sed ta
men in ea dni miseratione cibamur. Et potum dabis nobis in lacri
mis in mensura; Audiendum est his qui peccata deplorant. ut commis
sa delicta perfecta diluant lamenta. ut uidelicet uniuscuiusque mens.
tanto poenitendo conpunctionis sue bibat lacrimas. quantum se
a deo meminit aruisse per culpas; Dux itineris fuisti in conspectu
eius. & plantasti radices eius & impleuit terram. Dux ecclesiae factus est xps
dns. quando eius conspectibus apparere dignatus est. & ab eo imbrem predi
cationis accepit. unde fructus suauissimos procreauit. Plantauit ra
dices eius. id est prophetas. celestis regis operatione firmauit. ex quibus illa
felices palmites tendens. uniuersam impleuit terram; Operuit
montes umbra eius. et arbusta eius cedros dei. Per montes patriarchas.
per cedros martires debemus intellegere. quos cum umbra id est diuina
scriptura operit. nutrit atque fructificat. et hos ecclesia continet
in fidei gremio constitutos; Extendit palmites (ramos) suos usque ad
mare. & usque ad flumina propagines eius. Palmites significant dis
cipulos dni. quibus ipse in euangelio ait. Ego sum uitis uera. et uos
palmites mei. Mare. cunctarum gentium uult intellegi credulita
tem. hec enim uinea extendit palmites suos. quando per apostolo
rum predicationem in cunctas mundi partes extensa est. Propagines eius

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9377, 7v – Expositio in psalmos (https://fragmentarium.ms/view/page/F-bcsz/2519/41634)